[illegible] manducauer

omnis [illegible] OR. Populum. FR. C. X. Solemnibus ieiuniis
expiatos tuo nos domine misterio congruenter hoc sacro mune
re effice. quia tanto nobis salubrius aderis. quanto id deuo
tius susceperimus. Per. CO. Iudica domine seru. AD CO. Supplices te domine
deus omnipotens deprecamur. ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit et
salutis. Per. FR. VI. A. Salus populi. Ut nobis
domine terrenarum frugum tribuas ubertatem. fac mentes nostras celesti
fertilitate fecundas. Per. L. IOHEL PROPHETE.
Hec dicit dominus deus. Exultate filii sion. et letamini in domino deo
uestro. quia dedit uobis doctorem iusticie. et descendere faciet
ad uos imbrem matutinum et serotinum in principio. Et imple
buntur horrea uestra frumento. et redundabunt torcularia uino
et oleo. Et comedetis uescentes. et saturabimini. Et laudabi
tis nomen dei uestri. qui fecit uobiscum mirabilia. Et non confundetur popu
lus meus in sempiternum. et scietis quia in medio israhel ego sum. Et ego
dominus deus uester. et non est amplius [illegible] non confundetur populus meus in eter
num. ait dominus omnipotens. GR. Conuertere. SECUNDUM LUCAM.
In illo tempore. uenit ad ihesum uir cui nomen iairus. et ipse princeps
sinagoge erat. Et cecidit ad pedes ihesu. rogans eum ut intra
ret in domum eius. quia filia unica erat illi fere annorum xii. et
hec moriebatur. Et contigit dum iret a turba comprimebatur. ut mulier
quedam que erat in fluxu sanguinis ab annis xii. que in me
dicos erogauerat omnem substantiam suam. nec ab ullo potuit
curari. accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. et con
festim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait ihesus. Quis est qui me